

πάσι. πρὸς οὓς Φαμέν, ὅτι διὸ τὸ μὴ συνεμπεσεῖν τοῖς Αἰολεῦσι Βαρύτόνως λέγοσιν αὐτῷ καὶ αὐτῷ. ή δὲ αἰτιατικὴ καὶ συνεμπεσεῖ. (legitur συνέμπεσεν) ἐγκλινομένη γάρ εἰς τὴν πρὸ αὐτῆς λέξιν τὸν τόνον αἰναπέμπει, κόψαι γάρ αὐτον ἔχοντα. τὸ δὲ (δὲ abest) Αἰολικὸν εἰς τὴν αρχήν, αὐτον. Nihil profecto ineptius est istis grammaticorum cautionibus, quibus ubique ambiguities evitare allaborant. Quid enim Atticorum intererat aut Iōnum, cavere, ne non satis intelligerentur ab Aeolensibus?

---

## CAP. XVIII.

*De enclitico ēστι.*

Porro ἔστι et ἔστι quando scribendum fit, copiose est a grammaticis expositum: vide Herodianum p. 225. seq. b. et alium incertum auctorem p. 231. a. et Etymologum M. p. 301, 2. atque Euſtathium ad Odyſſ. VIII. p. 1600, 13. Sed de hoc quoque verbo quum alii alia addiderunt, quae refert Fischartus ad Wellerum vol. I. p. 265. tum nos quoque aliquid poterimus adiicere. Scilicet ea, quae seu veteres seu recentiores de isto verbo adnotarunt, haec sunt: ἔστι retracto accentu dici in his casibus: quum sententiam inchoat; in interrogacione; post dictiones αλλ', εἰ, καί, μή, ὅκ, ως, τότο, μέν, ὅτι, πά; denique in formulis, ἔστιν ὁσ, ἔστιν ὅτε, ἔστιν ὅπα, ἔστιν ως, et similibus. Haec omnia ad unam possunt eamdemque cauſam referri, unde ea multo latius patere apparebit. Verbum ἔστιν enim duas habet significaciones, unam, quae simpliciter

copulae, quam logici vocant, munere fungitur, et praedicati alicuius accessionem requirit, ut τὸ ἔστιν αἱληθές; alteram, quae ipsum in se conclusum habet praedicatum, ut ἔστι Θεός. Harum significationum prior ubi obtinet, ultima syllaba acuitur, quo fit, ut minus audiatur verbum. Non enim ea syllaba principalis est, sed terminatio tantum verbi. Ac potest hac significatione verbum omitti, ut τὸ αἱληθές. Altera significatione simul praedicatum contineri dixi. ἔστιν enim est ἔστιν ὅ. Sic ἔστι Θεός est Θεός ἔστιν ὅ. Haec igitur significatio quoties huic verbo ineft, necessario prima syllaba, ut principalis, acui debet, quo intelligamus propriam verbi vim spectandam esse. Atque hac significatione omitti ἔστι non potest. Nam si quis putet, hoc, ἔστι τις λόγος, etiam sic dici posse, λόγος τις, magnopere erraverit. Diversissima enim utriusque formulae ratio est. Illud, ἔστι τις λόγος, τὸν ἀρετὸν νοίεν δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις, hanc vere existare famam significat. Hoc autem, λόγος τις, τὸν ἀρετὸν νοίεν δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις, perinde est ac si dicatur, τὸ τὸν ἀρετὸν νοίεν δυσαμβάτοις ἐπὶ πέτραις ἔστι λόγος τις. Sic Θεός, si sine verbo dicitur, non potest significare ἔστι Θεός. Quod si praedicatum aliquod addatur, ut Θεός ὁ πάντων κυβερνῶν, id significabit Θεός ἔστιν ὁ πάντων κυβερνῶν. A quo multum differt hoc, ἔστι Θεός, ὁ πάντων κυβερνῶν. In hoc enim exemplo ista, ὁ πάντων κυβερνῶν, omitti possunt, quae a superiori abesse nequeunt. Persequar nunc illas formulas, in quibus ἔστι grammatici scribendum docent.

Earum prima haec est, quum ἔστι sententiam inchoat. Atqui hic non aliam ob causam retrahitur accentus, quam quod ἔστι simul praedicatum continet, ut,

*ἔστι πόλις Ἐφύρη,*

Id est, *ἔστιν*. Atque obtinuit ferme, ut *ἔστι* hac significatione primo loco collocaretur, qui maximam in omni oratione vim habet. Itaque *ἔστι* retracto accentu non loco, sed significationi debetur. Nam neque diceret quisquam *πόλις* *ἔστιν* *Ἐφύρη*, si hoc vellet, existare eam urbem, neque *ἔστι πόλις Ἐφύρη*, si Ephyrām urbem esse, non regionem, vellet dicere.

Dēinde in interrogatione dicitur *ἔστι*. Sed hoc quoque non aliter, nisi si per *ἔστιν οὐ*, aut simile praedicatum explicari potest, ut *τί δὲ ᔾστι;* Id est, *τί δὲ ᔾστιν οὐ*. Itaque male in Electra Sophoclis v. 1346. scribitur

*τίς ὄτος ᔾστι, αἰδελφέ;*  
quod scribi debet,

*τίς ὄτος ᔾστι, αἰδελφέ;*  
Poterat enim interrogare, *τίς ὄτος;* Contra v. 1353.  
quod legitur,

*οὐδὲ ᔾστι,*

scribendum est, *οὐδὲ ᔾστι.* Hoc enim dicit, *vere  
is ille est; ipse est.* Nec poterat omitti verbum, nisi si diceret *οὐδὲ αὐτός.* Ex quo clarum est, illud *αὐτός* in verbi significatione inesse. In Oedipo Rege v. 739. male Brunkius edidit,

*τί δὲ ᔾστι σοι τῷτι, Οἰδίπας, ἐνθύμιογε;*  
et in Aiace v. 740.

*τί δὲ ᔾστι χρέας τῆσδε υπεσπάνισμένοις;*

Recte utroque in loco codd. et edd. vett. *ἔστι* prae-  
bent. Nihil enim nisi copula est, et poterat omitti.

Sequuntur haec, *αὖτις ᔾστι, εἰ ᔾστι, καὶ ᔾστι,  
μή ᔾστιν, ἀκ ᔾστιν, ὡς ᔾστι, τῷτέστιν, οτι ᔾστι,*

**πᾶς ἔστιν.** Horum omnium pars ratio est. Nequam enim particulae istae causam continent, quare **ἔστιν**, non **ἔστι**, dicatur: sed causa haec est, quod **ἴση** sententiam inchoat, nec simpliciter copulae officio fungitur, sed simul aliud complectitur praedicatum. Sophocles in Electra v. 1204.

**αλλ' ἔστιν εὐγγ.**

Id est, vere faveat. Respondetur enim Oresti, qui hoc dixerat,

**ἔγω Φράσαιμ' ὅν, εἰ τὸ τῶνδε εὖγν πάρα.**

**Άλλ' εὖγν ἔστι** si diceret Electra, id simpliciter foret faveat. **Εἰ ἔστιν ὅτος** significat, si hic vere est, neque non est. Quod si diceretur **εἰ ὅτος ἔστι**, significaretur, si hic, non aliis, est. **Καὶ ἔστιν ὅτω** significat, ac revera est, nec non est, ita; **καὶ ὅτως ἔστιν, atque ita, non aliter est.** Atque **καὶ ἔστι** non semper, sed tum demum pronunciari, quum **ἔστι** sententiam inchoat, ideoque auctam habet significationem, patet ex Odysseae VII. v. 69. ubi recte sic legitur:

**ώς κέινη περὶ κῆρι τετίμηται τε καὶ ἔστιν.**

Grammatici hic et in aliis locis scribendum censent **πέρι κῆρι**. Quod falsum esse, **ἔστιν** arguit. Nam nisi iungas **περὶ κῆρι** **ἔστιν**, quid tandem significabit **ἔσιν?** Δέδοικα μὴ **ἔστιν ὅτος**, verbor, ne non videatur hic esse, sed vere sit; δέδοικα, μὴ **ὅτος ἔστι**, vereor, ne hic, non aliis, sit.

**Οὐκ ἔστι τρέγον τλητόν,**

in Aiae Sophoclis v. 466. **nullo pacto est illud tolerabile.** οὐ τλητόν **ἔσι τρέγον**, intolerabile est. **Ως** **ἔστι** **δεινὸν τρέτο**, quam hoc est revera, nec species tantum, grave. **ώς δεινὸν ἔστι τρέτο**, quam hoc grave. Et sic, quidquid praeterea **ώς** significet.

Tò δενόν, τάτ' ἔστι κακόν, grave, id est, seu significat, malum. Quod si τὸ δενόν τάτ' ἔστι κακόν diceretur, id esset, gravis haec res mala est. Praeterea autem τάτ' ἔστι etiam hoc revera est significat, ut in Nubibus Aristophanis v. 26.

τάτ' ἔστι τάτο τὸ κακόν, οὐ μὲν απολάλεκεν.

Sic recte Aldus edidit. Id est: ecce tibi praesens illud malum, quod me perdidit. Quod Brunk. edidit,

τάτ' ἔστι τάτο τὸ κακόν, οὐ μὲν απολάλεκεν, id significat, hoc illud malum est, quod me perdidit. Ὅτι ἔστιν ἐκεῖ τις est, revera adesse ibi aliquem; ὅτι ἐκεῖ ἔστι τις, ibi, non alibi, aliquem esse. Πάλιν ἔστιν θεός, ubinam est ille, quae est vox dubitantis, an is, qui quaeritur, non reperiatur; πάλιν θεός ἔστιν, ubinam ille est, quod dicit is, qui de loco magis, quam de absentia eius, qui quaeritur, sollicitus est. Atque qui hisce particulis, post quas ἔστι, accentum retrahat, μὲν addunt, eodem modo suam debebunt sententiam corriger. Recte enim dicetur, εἰ μὲν ἔστι Θεός, ἔστι καὶ εὐσέβεια. Εἴτε enim hic est exstat. Sic εἰ μὲν ἔστι ταῦτα, id est, si haec ita sunt. Contra, καλὸς μὲν ἔστιν θεός, ἀφρόδιτος, dieendum esse, vel ex eo patet, quod ἔστιν in his omitti potest. Tale illud est:

λόγος μέν ἔστι αρχαῖος αὐθεόπων Φαύεις.

Omnino enim vereor, ne grammatici exemplis iis, quae frequentissime occurrunt, adducti, rariora, in quibus non acutur prima syllaba, præterierint. Sic quod Sophocles in Oedipo Rege v. 296. dicit,

οὐ μή στι δρῶντι τάρεβος, οὐδὲ ἔπος Φοβεῖ,

recte sic scriptum in MSS. et edd. non μὴ ἔστι.  
Nam inepte diceretur, ὡς μὴ ἔστι δρῶντες πάρεθος,  
ἢ ἔπος Φοβεῖ. Contrario modo peccatum vide-  
tur in Aiace v. 778.

αὖλ' εἴπερ ἔστι τῆδε Θήμερος, τάχ' αὖ  
γενοίμεθ' αὐτῷ σὺν Θεῷ σωτήριοι.

Ἐστιν enim hic vivit significat, ut necessario maiore quadam cum vi pronunciandum sit.

Porro illa, ἔστιν ὁς, ἔστιν ὅτε, ὅπε, ως, ἔστι  
μέν, ἔστι δέ, et similia, eiusdem conditionis sunt,  
ut superiora. In his omnibus enim formulis ἔστι  
non est simpliciter copula, sed adiunctum ha-  
bet praedicatum, et significat nunc *existat*, nunc  
*revera est*, nunc *licet*.

Etenim quum haec omnia, quae hactenus com-  
memorata fuerunt, exempla ἔστι propterea in  
prima syllaba acutum habeant, quia non sola  
copula eo verbo, sed aliquod aliud insuper praedi-  
catum contineatur, quis non putabit consentaneum esse, ut, ubi hoc verbum pro ἔξεστιν adhi-  
betur, eodem modo debeat accentum retrahere?  
Neque enim minus absconum videtur, aucta verbi  
significatione debilem manere tenorem, quam si  
μοῦ, μοί, μέ encliticae ad oppositionem personarum adhiberentur. Evidem, quantumnis taceant grammatici, numquam de hac re mihi persuadebo: sed sicut in Aiace v. 470. legitur,

ἀκ ἔστι ταῦτα,

ita in Homero Iliad. XIV. 313. scribendum puto,

“Ηρη, καὶσε μὲν ἔστι κού ύπερον ὀρμηθῆναι,  
et in Iliad. XV. 556.

αὖλ' ἔπει τὸ γαρ οὗτος ἔστιν ἀποσταδὸν Αργείοις  
μάργασθαι,

atque eodem modo in aliis innumeris veterum scriptorum locis.

Possit fortasse aliquis etiam in hanc suspicionem incidere, reliquas verbi *εἰμί* personas encliticas, quas enumerant Apollonius de Syntaxi p. 261. Herodianus p. 224. b. Charax p. 227. b. Choeroboscus p. 229. b. incertus grammaticus p. 230. b. 231. a. Aelius p. 232. a. b. Eustathius ad Odyss. III. p. 1457, 43. et ad VIII. p. 1600, 13. iisdem omnibus regulis, quae in tertia persona singularis numeri observantur, obnoxias esse. Sed quum neque grammatici de ea re quidquam praeceperint, nec fatis idoneae videantur caussae ad eam suspicionem firmandam afferri posse, tutius esse arbitror, in his pariter atque in verbo *Θημί*, nunc depositionem accentus, ubi ea locum habet, adhibere, nunc, ubi verbi significatio depositionem accentus prohibet, eum retinere in ultima syllaba. Neque enim mirum est, si tertia persona singularis numeri *εστιν* aliquantum a caeteris personis pronunciatione differt, quia tam frequens eius et multiplex usus est, ut non potuerit non maiorem quamdam sibi libertatem vindicare.

## CAP. XIX.

*De accentu interrogacionis.*

Dictiones encliticae, ut in verbo *εστιν* vidimus, non deponunt accentum auctam significationis. Itaque quae encliticae interrogacionis significationem recipiunt, ea significatione retinent accentum, reliquiique in priorem syllabam, si bisyllabae sunt, ut *πότε*, *πόθι*, *πόθεν*, *τίνες*, cuius pronominis